



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Sol.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Joan. Pierii Val. Leo, sive
nino, id habebat hieroglyphici, quod novercam utri-
usque privigni exuvii insultantem ostenderet. Calli-
machi id inventum tradunt, qui Junoni vitem induxit.
Rem hujusmodi tangit Tertullianus.

VIRES CEDERE
ELOQUENTIAE.



LUNA. CAP. XXVI.

Visebatur in Olympiae templo Diana simulachrum alatum, dextera Pantheram, sinistra Leonem continens. Per alas volucrem Lunae cursum interpretamus, quæ septem & viginti dierum spatio totum permeat signiferum, quem Sol vix annuo temporis spatio perflistrat: Panthera varietates ejus indicat, quas unoquoque mense XII. suis nominibus designatas alibi recensuimus. Leo Solis vim demonstrat, qua splendorem sibi comparat, ea tantum parte lucens, qua e-jus radius illustratur.

SOL. CAP. XXVII.



TERRA.



*Veterum
simulacra
radiata.*

Fieri etiam solita erant apud veteres simulachra quædam radiata, ita tamen, ut unius simulachri radii omnes sursum versus tenderent, alterius ad inferiora demitterentur: atque ita conformata, vectanda Leonibus commendarentur. Sciendum autem ex Veciis commentatione, Solem & Terram ex eo segmento veteres intellexisse, quippe quos Asyrii ADAD, & ADAGARTIN vocabant: DAD quidem Solem, qui radiis deorsum inclinatis inferiora vivificat, mulcit, educat: omnium quippe terrarum scendentium author: ADAGARTIN vero Terram, quæ conceptam à solaribus radiis virtutem eandem, quam, licet sursum versus, erigit. Ita veluti sponsa viri appetens, ut Platonicum dictum interim usurpemus, rerum omnium suarum stipata fortu, se habendam exporrigit. Sed enim ipsa Leonis effigies utrumque referre videtur hieroglyphicum: quippe quæ anterioribus partibus Solem excusat, posterioribus vero Terram. Quod tamen ADAGARTIN, pro Tellure positum putat Vecius Basilius in Commentario Germanici, qui Phænomena scripsit, ubi de Erigone agitur. *Virginem, inquit, dici Cererem arbitrati sunt plerique, sicarum quæ tenet indicio: alii Adagartin malunt.* Sunt qui & fortunam, quoniam sine capite astris inferitur. Nigidio Figulo placet iustitia, vel aequitate, quo